

**Ichthyocolla f. Collapiscium.** *Hausenblase.*  
*Acipenser Sturio et A. stellatus.*

Gluten ex vesica natatoria coctione extractum, refrigerio in pelliculas condensatum et dein convolutum. Sit alba, tenax, et in aqua facile solubilis.

**Kali carbonicum crudum f. Cineres clavellati.** *Pottasche.*

Massa salina, ex cineribus lignorum per elixivationem et inspissationem parata, et dein leniter usta. Plerumque Kali sulphurico, Kali muriatico et partibus terreis inquinatur.

**Kali nitricum f. Nitrum crudum.** *Salpeter.*

In Nitrariis nostris quidem dignitur, maxima autem copia ex India orientali affertur. Plerumque Kali muriaticum, Calcaream et Magnesiam muriaticam continet.

**Kino f. Gummi Kino f. Gummi Gambiense.**  
*Kinoharz.*

*Arbor Africæ interioris, nondum satis cognita.*

Massa friabilis, opaca, ex rubro nigricans, aqua soluble, saporis peradstringentis.

**Lacca in ramulis.** *Stangenlack.*

**Coccus Ficus.** *Insectum hemipterum Indiae orientalis.*

Massa resinoso-ceracea, rubra, fragilis, exsudans super larvas Coccum Ficus, ex ramis Fici religiosae et Indicae. Afferri solet una cum ramulis, quibus adhaeret.

**Lapides Cancrorum.** *Krebssteine.*

*Cancer Astacus.* *Astacus fluviatilis* Fabricii.  
*Insectum apterum.*

Concrementa calcarea, texturae lamellosae, superficie, qua ventriculo cancri adhaerent, umbilicata.

**Lignum Campechiense.** *Campecheholz.*

*Haematoxylon Campechianum.* *Arbor Americae calidoris.*

Lignum durum, ponderosum, ex flavo rubrum, saporis adstringentis subdulcis.

**Lignum Guajaci s. Lignum sanctum.** *Guajaholz.*

*Guajacum officinale.*

Lignum durissimum, in aqua subsidens, subamarum, odoris grati.

**Lignum Juniperi.** *Wachholderholz.*

*Juniperus communis.*

Lignum albidum, resinosum, quod accensum, gratum spirat odorem.

**Lignum Quassiae.** *Quassienholz, Bitterholz.*

*Quassia excelsa.*

Lignum albicans, saporis summe amari.

**Lignum Sassafras.** *Sassafrasholz, Fenchelholz.*

*Laurus Sassafras.* *Arbor Carolinae, Virginiae, aliarumque regionum versus Americam meridionalem.*

Radix arboris lignosa, levis, coloris rubicundi, saporis subdulcis, odoris foeniculacei, cortice ferrugineo vestita.

Lithar-

*Lithargyrum. Bleyglätte.*

Plumbum oxydatum semifusum, quod in cupellatione argenti forma squamularum, e rubello flavican-  
tium, obtinetur.

*Lycopodium. Bärlappennpulver, Streupulver.*

*Lycopodium clavatum. Muscus in silvis Germaniae  
frequens.*

Pulvis subtilissimus flavescentia, aquam respuens,  
flammarum injectus fulgurans.

*Macis. Muskatenblumen.*

*Myristica moschata. Arbor aromatica insulae Bandae,  
celebris inter Moluccas.*

Reticulum, Nucem moschatam involvens, pingue,  
aromaticum, fragrans, coloris e cinnamomeo fusi.

*Magnesia sulphurica f. Sal amarum.  
Bittersalz.*

Sal amarum, Anglicum sic dictum, quod ex ultimo  
salis marini lixivio paratur, puritate cedit illi, quod  
ex aqua medicata Sädschiützensi obtinetur.

*Malthum hordei. Malz.*

*Hordeum vulgare et Hordeum hexastichon. Gra-  
mina annua culta.*

Semina hordei, post primam germinationem sic-  
cata.